

confirmando. Deus autem remittit *gratiam conferendo*. In his omnibus autem loquor tantum de *publico & ordinario* docendi & sacramenta administrandi munere. Non loquor de rudiorum *informatione privata*, facta a fidelibus, speciatim a patribus & matribus familias in *ecclesia sua domestica*. Quid, quod tempore belli, pestis, aut in alio casu necessitatis si consensu reliquorum *laico in S. literis paulo doctiori*, demandetur, ut vices ministri expleat, aut si in casu extremæ necessitatis etiam *fœmina baptismi actum* exerceat, tantum abest, ut facta ea damnemus, ut potius laudemus, & contra alios contradicentes propugnemus.

§. XX. Autor epistolarum Theosoph. plane illas functiones denegare audet veris ecclesiæ ministris. De prædicatione verbi scribit P. IV. p. 201: Die Reformatores haben an stat der Messe die häufige Wöchentliche Predigten angeordnet / daß die Zuhörer durchs Wort / wie sie meinen / sollen geistlich gespeiset werden / nach Joh. VI. so wenig aber die päbstische Messe zc. P. IV. p. 216 alles heutige Catechisiren macht mehrentheils halsstarrige Gemüther / und aufgeblasene Herzen. Quare in locum prædicationis evangelii substituit immediatas revelationes, docens Sp. S. non per verbum sed per lumen internum operari. Ita docet P. I. Ep. 64. p. 308. Ihr müßet nur auf den Göttlichen Ruff und Leitung in euch Acht haben / und nicht hören / die da sprechen: es steht geschrieben. P. I. p. 97. Ep. 19. Es kan kein Mensch von Gott sprechen / er sey denn von Gott gelehrt und habe Gott in sich gehört. P. IV. p. 117. Wir haben das Göttliche Urim und Thumim,
die